

NvK an Wilhelmus Obrecht, Prior in Sion bei Delft, und Theodericus, Rektor der Nonnen des Hauses St. Agnes in Delft, beide aus dem Orden (der Regularkanoniker) des heiligen Augustinus, als seine Kommissare und Exekutoren der für die in Holland, Seeland und Friesland Weilenden in den Städten Dordrecht, Haarlem, Leiden, Delft und Amsterdam gewährten Ablässe.¹⁾ Auf Bitte dieser fünf Städte verlängere er den päpstlichen Ablass über die bevorstehende Osteroktav²⁾ hinaus bis Christi Himmelfahrt.³⁾ Der Ablass könne auch von Kaufleuten und anderen Auswärtigen aus seinem Legationsbereich gewonnen werden, die in den genannten Ländern sich solange aufhalten, daß sie die Ablassbedingungen zeitlich ebendort erfüllen können. Er verleiht Wilhelm wegen des Ablaufs der für Utrecht festgesetzten Ablassfrist die bislang dem Beichtvater in Utrecht vorbehaltenen Absolutionsvollmachten bei Simonie⁴⁾ und überträgt ihm unter Entlastung Gerhards von Randen⁵⁾ die alleinige Obsorge für die Ablassgelder.

Kop. (1452 IV 10): HAARLEM, Rijksarchieff, Archieff Bisdom Haarlem, inv. nr. 630 (ebemals: Haarlem, Archieff van het bisdom Haarlem, Delftsche kerken (Legaat Pastoor K. C. van Berckel) Nr. 87) (Kundgabe von Nr. 2366 durch deren beide Adressaten 1452 IV 10; s.u. Acta Cusana II/1 unter diesem Datum).

Druck: Jongkees, Jubileum-aflaat 98f.

Erw.: Jongkees, Jubileum-aflaat 81.

Oblata nobis pro parte predictorum opidorum peticio continebat, quod propter preteritum gelu, quod post festum Purificacionis⁶⁾ aliquamdiu continuatum fuit, ac eciam ex eo, quod multi predictarum patriarum incole pro suis mercanciis in alienis partibus aut in mari nunc actu existentes ad easdem indulgencias promerendas se aptare non potuerunt; quare pro parte predictorum opidorum nobis humiliter fuit supplicatum, quatenus tempus indulgenciarum earundem misericorditer prolongare dignaremur. Nos igitur piis eorum supplicationibus inclinati, considerantes maxime fructum animarum, qui exinde ad dei gloriam proventurus speratur, idem tempus, quod in octava Pasche proxime futura expiraturum erat, usque ad festum Ascensionis domini nostri Ihesu Christi proxime futurum inclusive prolongamus secundum modum et formam bulle et cedula indulgenciarum per nos pridem in predictis opidis concessarum⁷⁾, adicientes de largiori gracia, quod mercatores alique exteri in predictis Hollandie, Zelandie et Frisie patriis manentes, qui tantam inibi moram trahunt, ut ad instar incolarum opidorum premissorum ecclesias in prefatis opidis ad visitandum deputatas per viginti quatuor dies visitare valeant, easdem indulgencias eciam promereri possint, dummodo sint de terminis nostre legacionis et cetera fecerint, que secundum tenorem cedulae sunt facienda.

Sane quia secundum prefatam cedulam symoniaci in beneficiis vel sacris ordinibus confessori in Traiecto reservabantur, et quia tempus indulgenciarum in Traiecto expiravit⁸⁾, tibi Wilhelmo priori prefato, ut tu per teipsum aut alios, quibus id committendum duxeris, tales in forma absolvere valeas, plenariam conferimus auctoritatem.

Cum eciam in prefata bulla indulgenciarum tibi commiserimus, ut elemosinas collatas diligenter colligeres et absque diminutione venerabili et dilecto nobis Gerardo de Randen preposito Aldensalensi assignares, qui easdem elemosinas ad pias et publicas fidei et ecclesie necessitates ad sanctissimi domini nostri domini Nicolai pape quinti vel nostram requisicionem ulterius exhiberet, nos ex certa sciencia predictum Gerhardum prepositum Aldensalensem a prefata sollicitudine exonerantes tibi mandamus, quatenus easdem elemosinas diligenter colligas collectasque caute conservare studeas, ut easdem ad prefati sanctissimi domini nostri domini Nicolai pape quinti sive nostram requisicionem ad pias et publicas fidei et ecclesie utilitates valeas exhibere.

¹⁾ S.o. Nr. 2165 Z. 15–24.

²⁾ 1452 IV 16; s.o. Nr. 2165 Z. 17.

³⁾ 1452 V 18.

⁴⁾ S.o. Nr. 1950 Z. 21f.

⁵⁾ S.o. Nr. 1950 Z. 23 ff. b27p. Nr. 2165 Z. 30ff.

⁶⁾ D.h. seit Beginn der 1452 I 7 in Nr. 2165 festgelegten Ablassfrist.

⁷⁾ Nr. 2165 (s. dort Z. 18f.) sowie Nr. 1951.

⁸⁾ Nämlich mit 1451 XII 31; s.o. Nr. 1703.